ac eundem Kosth Hordynskij de summa praefata quietat et libe-
rum facit sibique et suis posteris pro praemissis omnibus per-
petuum facit et imponit silentium super quod ulterius positum
est

Actio nobilium pro parte Maruchne

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castrensibus praemisliensibus nobiles Iwan Paszlawski Marcus Nowosie-
lezkiszyczky et Joannes Blazowsky publice palam et per ex-
pressum recognoverunt quia nobilis Maruchna soror ani-
talis filia vero nobilis olim Maruchne Thorleczka cum no-
bili olim Sienko Thorleczki procreata est eisdem bene notum
et manifestum et pro certo sumit quia ipsam Maruchnam
sors seu sortes spectant et pertinent iure naturali et divino
devolutorioque post praefatam olim Maruchnam matrem
ipsius legitimam in bonis sortium villarum Thorlo et Lubo-
chow que sortes praefate illam Maruchnam inter nobiles
Wasko Roman et Olechno Thorleczkye avunculos ipsius
cedere debent et in verificationem eiusdem recognitionis praefatorum
nobilium providus Albertus de Drohobycz ulterius terrestris
praemisliensis recognovit quia circa praemissa praesens fuit et ea
omnia audivit ac eidem protestati sunt

Intro data per Charlo Zeliborski

Ministerialis terrestris praemisliensis providus Thymko
Zuli de sub castro praemisliensi unacum nobilibus Andrea
Lythinsky et Hryczko Thorleczky seu comparentibus coram officio
et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus status personaliter in vim
relationis suae recognovit quia feria quarta ante festum sancte
Agnetis proxime praeterita Cuiusdam Nicolaus Charlo vexillifer ter-
re praemisliensis dedit et admisit realem intronum et actualem
pacificamque possessionem in bona sua vel villam dictam Stara
Chrzanowa nobili Hryczko Zeliborski et hoc vigore inscriptio-
nis terrestris praemisliensis in summa mille octingentorum florenorum
pecunie per eundem Nicolaum Charlo eidem Hryczko Zeliborski
actis terrestribus praemisliensibus factis ac obedientiam cuiusdam in
eisdem bonis praefatis demandavit in praesentia ulterius et nobilium quia
in instanti praestiterunt nemine eandem intronum denegante et prae-
dicente quae ita et non aliter fieri ipso ulterius recognovit et no-
biles praefati relationem praesentis actis recognoverunt sua personali atte-
stati sunt

Zawiezina quietat de 1300 florenorum Herbort

Coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus status
personaliter nobilis Anna relicta vidua olim nobilis Andreae
Zawiezza publice palam et per expressum recognovit quia est

sibi totaliter et plenarie satisfactum de summa mille trecentorum
florenorum pecunie a Quondam Joanne Herborth de Pfulsthin succame-
rario terre praemisliensis quam habuit super bonis villarum Paper-
thin et Sepotnyk actis quibuscumque inscriptionis ratione cuius satisfa-
ctionis inscriptionem super bonis praefatis servientibus cassat mortificat et
in nihilum convertit ac eundem Joannem Herborth de praefata summa
mille trecentorum florenorum pecunie quietat et liberum facit sibique et suis
posteris pro praemissis omnibus perpetuum facit et imponit silentium su-
per quod ulterius positum est

Wynnicky arendat Blazowsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus praemi-
sliensibus nobilis Ffeythko Wynnyczky publice palam et per expressum
recognovit quia bona tenute sue vel sex Curthones sic di-
ctos Mylytha Mychalko Sienko Thyron Sidor Maxymko quos
tenet modo obligatorio a nobilibus Iwan et Wasko Blazow-
skye Mychalowienthy nobili Jaczko Blazowski Wasko Wyczyn hinc
ad festum sancte Agnetis proxime venturum pro summa decem
octo florenorum pecunie arendavit et modo arende inscripsit quoque
bona praefata ipse Jaczko Blazowski tenebit habebit et posside-
bit vigore praefate arende et non alio iure cum omni iure do-
minio et proprietate omnibusque utilitatibus ad praedicta bona
quovismodo spectantibus et pertinentibus usque ad expirationem praefate aren-
de et iam exinde praefatus Ffeythko Wynnyczky eidem Jaczko
Blazowsky in praefata bona modo praemisso arendata dedit et li-
bere admisit realem intronum et actualem pacificamque possessionem
per ulterius terrestrem quemcumque et hic idem personaliter status
praefatus Jaczko Blazowsky recognovit bona praedicta superius
expressa non alio iure tenere et possidere tantummodo iure
praefate arende post cuius expirationem arende ipse Ffeythko Wyn-
nyczky potens erit in praefata bona inquietare tanquam in sua pro-
pria et per hoc nullam violentiam faciet cui inquietationi ipse
Jaczko Blazowski contradicere non debet immo libere admitte-
re super quod ulterius positum est

Posit Citto ex parte Coritsko super Za-
miechowska

Ministerialis terrestris praemisliensis de Bilynka providus Jacz-
ko habens in manibus suis sufficiens autenticum exercendi
officium sui ministerialiatus in terris Russiae coram iudice officio
et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus personaliter status in vim
sui relationis publice et per expressum recognovit quia ad citationem litera-
lem terrestrem praemisliensem primam ad inscriptionem terrestrem praemisli-